respublicae, ~~[illegible]~~ est impietas bonos a vera fide desertorum? v. 44.
Ego enim, ait Servator noster, vobis dico: Diligite hostes
vestros, benefacite odio vos prosequentibus. Quae autem deinde
merces manet obedientes? Ut fiatis filii Patris vestri qui in coelis est.
Quis ille autem Pater in coelis? qui solem suum oriri facit super
malos et bonos, et pluviam mittit super justos et injustos. Estote v. 48.
igitur vos perfecti, sicut et Pater vester ~~in~~ coelestis perfectus est.
Pater igitur perfectus, quem nos imitari ~~[illegible]~~ naturales
~~[illegible]~~ filios jubet, ipse ille est et non alius, qui visibilem solem
oriri facit, et sensibilibus [sentientibus nobis] lumen ~~[illegible]~~ sensibile suppeditat;
qui super justos et injustos pluviam demittit ~~ad~~ fecundas fe-
rendos et terras culturas, et ut, si quid propter siccitatem minus bene
temperatum est, aërem qui ad respirationem utilis est humiditate
imbrium ad bonam temperaturam reducit. Ubi fiunt igitur
illi regni Dei indivisibilis divisores nefarii? Qui alium
nobis fingunt terrae, aëris, pluviarum, solis et similium crea-
torem: alium vero earum rerum, quaecunque praeter has intelligibi-
lium ordinem constituunt. ~~[illegible]~~ Animadverte
autem et illud. Si is, qui Patrem, et quae Patris sunt, omnium
optime novit, Dei thronum coelum vocat, et terram scabellum ~~Matt. V. 34.~~ 35.
et urbem ejus Hierosolyma; qui non sit extremae impietatis,
ea, quae attestatur Filius, ei denegare [alienos] et postea alium
horum denegatorum opificem facere? Christus enim Deus,
qui omnia ad salutem nostram egit et docuit, cum jusjurandum,
tanquam perjurium, ex ~~[illegible]~~ vetere Republica humana
his verbis [illegible]: Ego vero dico vobis, plane non esse jurandum, Matt. V. 34. 35.
neque per coelum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia
scabellum